Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

ripis fluminis ultra sacros divi laurencii edes perpetuo ambitu deducta / Turris vero Marmorea inter ceteras orbis campanarias speciosa ad annum inde primum et tricesimum excitata / Ibi precursoris Index maxima in veneratione habetur / ob cuius honorem edes preclarissima in celebriori urbis loco dicata habetur Quam baptisterium dicunt / Cuius valvule ex solido ere existunt / ubi novi et veteris testamenti hystorie inenarrabili opere sculpte habentur / Florencia cum omnium Italie civitatum flos incipet / etiam preter pulchritudinem et summam urbanitatem / viros quoque in omni genere virtutis prestanciores habuit / Duobusque poetis ornata fuit / Dante Aldegerio et francisco petrarcha / Quorum hic patre florentino sed exule apud Aretium natus / et Arquade inter colles Euganeos mortuus ac sepultus est / Ille florentinis parentibus florencie natus / Obijt ravenne patria exul / Paulo post Jotum habuit pictorem celeberrimum Apelli equiperandum / habuit quoque Accursium Jurisconsultorum principem / Qui ius civile egregie interpretatus est / Redidit et medicum Taddeum omnium clarissimum / Ornataque fuit Cosmo medices quem opum affluencia humanitate et liberalitate superatis omnes europe celebrem reddunt / Cumulantque eius felicitatem filij sui et nepotes qui florencie urbi plurima addiderunt ornamenta / Monasterium precipue celebre sancti Marci in quo pulcherrime extructiones et Bibliotheca que alias superat omnes / eius viri summam magnificenciam ostendunt / Et private eius edes in via lata extructe romanorum operibus comparande / florentissime autem urbis origines gestasque res abunde complexus est leonardus Aretinus / Vetus florentina fesula urbs vetusta et multorum scriptis presertim Salustij et aliorum celebrata interijt / vel ut supra in florenciam populum opesque mutavit / Ex eius montibus qui ad orientem vergunt Arnus torrens oritur / florentina abluens menia / florentinam urbem dividit Arnus annis pontibus in ea quatuor magni operis instructus / Valle Arni superiore ultra villas habet / inde Ager florentinus vini optimi ferandore Comendanda est multis in rebus florentinorum providencia / tum maxime quod eligende Cancellarijs Que oratoria spectat et que vocat humanitatis studia peritos acceptant ut leonardum et Carolum Aretinos Poggium Et ante eos Colucium qui scribendi dictandique arte disertissime claruerunt —

Index

amnis

Quantum profluenti arno appositum planiciesque ambit fuisse palustres aiunt.